



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 43. Sbinco ad implorandum Sigismundi auxilium in Hungariam  
profectus, Posonii moritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

suum, illiusque loci Dynastam divertens. **Sæcul. XV.**  
 Exinde suam provocationem a Pontificis **A.C. 1411.**  
 sententia ad ipsam sanctissimam Trinitatem interponit; in qua appellationis formula ad Cardinales sermonem dirigen<sup>s</sup>, eorum præsidium exorat, atque ad fidei suæ rationem, etiam ipsius ignis experimen<sup>t</sup>to, coram Universitate, cunctisque Prælatis reddendam sese offert.

Interea Hussus Praga absens in urbis & pagis errores suos prædicare non destitit, innumerabili populorum turma eum sequente, erectisque auribus illius verba excipiente. Conjectura est, eum tunc suum quoque tractatum de legendis hæreticorum libris, ac minime comburendis elucubrasse, atque in quemdam Doctorem Anglum, nomine Joannem Stockes, qui apologiam Wiclefi, suorumque librorum ab Hutto anno præcedenti consarcinatam refutabat, calumna accuisse.

### §. XLIII.

*Sbinco ad implorandum Sigismundi auxilium in Hungariam profectus,  
Posonii mortuus.*

Nullatenus autem Hussi absentia Pragensibus tranquillitatem restituit, quibusdam ejus redditum ardentissimo voto præstolantibus, aliis ex adverso, ne

U 4 redi-

Sæcul. XV. rediret, nihil non agentibus. Sbinco  
A.C. 1411. Archiepiscopus hac animorum dissen-  
fione comperta, cum a Wenceslao nul-  
lam opis ferendæ spem sibi promittere  
posset, ad Sigismundum in Hungariam  
iter ingreditur, illius auxilium implora-  
turus. Verum Præsul iste Bosonii in su-  
periori Hungaria obiit, veneno, ut Au-  
ctorum nonnulli tradunt, ab Hussitis pro-  
pinato necatus: plures tamen Scriptores  
testantur, eum morte naturali decessisse,  
quamvis non desint alii, qui Archi-  
episcopum quidem veneno, sed tamen a  
domesticorum suorum quopiam sibi pa-  
rato e medio sublatum, & sacrilegum ho-  
miciam in criminis sui pænam Brodæ,  
quodam Bohemiæ oppido, vivum com-  
busatum fuisse referunt.

§. XLIV.  
*Albicus in Archiepiscopum Pragensem  
electus.*

*Bath. epit.  
Bohem. l.4.  
c.6. p.420.*

Wenceslaus Archiepiscopo fatis fun-  
cto successorem dedit Albicum de  
Moravia Medicum suum, qui hanc Se-  
dem a Rege auro coemere non dubitavit.  
Vir erat, si qua fides Historicis, crassa ad-  
modum ignorantia laborans, de salute  
Ecclesiæ suæ minime sollicitus, ac vili-  
simum sordidissimæ avaritiæ mancipium;  
Ipsius domus Cauponæ & foro haud ab-  
similis